

42. *Qua à S. Carolo circa hoc punctum statuta ſint,*
 43. *Quid hic ab Episcopis attendendum?*
 44. *Quomodo Parochi ſe gerere debeant?*
 45. *Decretum Episcopi de non danda ſepultura in Ec-
 cleſia ſine ſuo conſenſu probatum à Parlamento Pa-
 riſienſi.*
 46. *Locum ſepultura assignare quibus competat;*
 47. *Non facile excludendus Parochus.*
 48. *Uſus ſepulchrorum familiarium & hereditariorum
 apud Romanos.*
 49. *ſu ſepulchri familiaris occasione juris Patronatus;
 & quam diu duret?*
 50. *Quibus modis hodie plerumque huiusmodi ſepulchra
 acquirantur?*
 51. *Non probanda ſolicitudo de extruſione ſepulchro-
 rum.*



A pud Romanos jam pridem vetitum
 fuiſſe in civitatibus hominem ſepeli-
 ti notum eſt ex Lege 12. Tabu-
 larum quæ dicebat: *hominem mor-
 tuum IN URBE ne ſepelito, neve
 urito.* Et teſte Ulpiano in L. 3. §. 5.
 ff. De ſepulchro violato, Adrianus Imperator, edicto
 pœnam 40. aureorum ſtatuit in eos qui in civitate ſepe-
 lunt. Repovatum eſt rursus hoc jus per Conſtitutionem
 Diocletiani & Maximiani in L. 12. Cod. De Religioſ. &
 ſumpt. funer.

II. Verùm cum harum legum obſervatio ſenſim va-
 riis prætextibus exoleſceret, ſequuta eſt au. 381. Con-
 ſtitutio Theodoſii Junioris quæ refertur in L. 6. Cod.
 Theod. De ſepulchro violato.

Hic primò decernit Theodoſius, "Omnia quæ ſupra
 tetram urnis clauſa, vel ſacroſagis corpora detinen-
 tur extra urbem delata ponantur, ut & humanitatis
 inſtar exhibeant, & relinquunt incolarum domicilio
 ſanctitatem. "Dein pœnam ſubjungit in legis præva-
 ricatoribus.

III. Per hæc verba, *Ut & humanitatis inſtar exhibe-
 ant,* ſignificare voluit Theodoſius, ipſa mortuorum ſepul-
 chra ad vias publicas & in agriſ meritis poni, ut ex-
 hibebant hominibus humanæ fragilitatis & mortalitatis
 exemplar ſive ſpeciem vel effigiem: quod vocis inſtar jux-
 ta græcam interpretationem reſpondere notat Cotho-
 fedus ad hanc legem. Et hæc eſt prima ratio prohibi-
 tionis à Theodoſio expreſſa.

Hanc ipſam rationem huius prohibitionis assignat
 Varro lib. 5. De Lingua Latina, "Sepulchra (ait) idèd
 ſecundum viam ſunt, quo prætereuntes admoneant,
 & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. "Huc pertinent & ti-
 tuli ſepulchrorum: *ſiſte, aſpice, cave Prætor.*

IV. Altera ratio exprimitur his verbis. *Ut ita relin-
 quatur incolarum domicilio ſanctitas.* Quæ ratio, ſed ſen-
 tu diverſo à Gentilibus olim allegata fuiſſe videtur. In
 citata enim Lege 12. Diocletianus & Maximianus di-
 cunt: *Ne tamen municipiorum jus polluantur.* Et Pau-
 lus Jurifconſultus lib. 1. ſent. 21. ait: *Corpus in Civita-
 tem inferri non licet, ne ſuſtententur ſacra civitatis* Gen-
 tilibus enim perſuaſum erat, Diis ſuperis ſacrata ſolo af-
 pectu vel contactu rei funeſtæ contaminari; & Sacer-
 dotes ſi vel funus viderent, vel domum funeris ingre-
 dentur: uti notat Gothofredus ad L. 5. §. 6. Cod. Theod. de
 ſepulchro viol.

V. Cæterum Imperatores Chriſtiani, ſanctitatem
 civitatum violari credebant per corpora mortuorum,
 quod nimio ſuo ſætere civitates inſicerent. Unde & Iu-
 dorus lib. 14. & Orig. cap. 12. vetitæ ſepultura in civita-
 te hanc rationem reddit, ne ſætere ipſo corpora viven-
 tium contracta inſicerentur.

VI. Hæc quoad primam partem legis Theodoſianæ,
 ſecunda pars continetur finalibus his verbis: "Ac ne

alicujus fallax & arguta ſolertia ab huius ſe præcep-
 ti intentione ſubducat, atque Apoſtolorum vel Mar-
 tyrum ſedem humanis corporibus æſtmet eſſe con-
 ceſſam, ab his quoque, ita ut à reliquo civitatis, nove-
 rint ſe atque intelligant eſſe ſubmotos.

VII. Pro intellectu horum verborum notandum,
 per Apoſtolorum & Martyrum ſedem intelligi ſepul-
 chrum ſeu conditorium, in quo reliquæ vel corpora
 Apoſtolorum vel Martyrum condita erant.

VIII. Ulterius notandum, Chriſtianâ Religione
 jam invaleſcente, Sedes ſive ſepulchra Apoſtolorum &
 Martyrum intra urbes permiſſa fuiſſe: quantumvis pri-
 vatorum ſepulchra in urbe eſſe non poſſent: imò paſſim
 corpora Martyrum, licet tempore perſecutionis extra
 urbem ſepulta, ad urbem translata atque honorificè
 condita fuiſſe. Ad hæc Sedes ſive ſepulchra ædiculæ, imò
 & Eccleſiæ ædicabantur, quæ vulgò *Martyria* dicta
 fuerunt.

IX. Cum Martyrum ſepulchra in ipſis civitatibus
 permitterentur, nonnullorum fallax & arguta ſolertia
 contendeat, hæc ſepulchra à lege generali, vetante lo-
 ca civitatis ſepultura deputari, eſſe excepta; quaſi in
 hiſce ſaltem ſepulchris Martyrum privatorum quo-
 rumcumque cada vera ſepelire liceret. Hanc igitur per-
 ſuaſionem hic vocat Theodoſius *fallacem & argutam
 ſolertiam;* & ut talem rejicit.

X. Interim privatos quoſque admodum deſideraſ-
 ſe, apud Martyrum loca ſepeliri, conſtat ex hac lege
 Theodoſii, partim urbanæ ſepultura præjudicio à Mar-
 tyribus ipſis petito, partim pietatis motu deſiderantes
 & corpora ſua poſt mortem corporibus Martyrum ſo-
 ciari nonnumquam forſan & ambitione De hoc deſide-
 rio videri poteſt Anguſtinus De octo Dulcitiis quæſtio-
 nibus quæſt. 2. Et ipſum Auguſtinum ſcripſiſſe librum
 De Cura pro Mortuis, cum interrogatus literis fuiſſet,
 utrum proſit cuique poſt mortem, quod corpus ejus
 apud Sancti alicujus memoriam ſepeliatur, teſtatur ip-
 ſemet lib. 2. Rerum cap. 64. Quæ interrogatio ſat ipſam
 populi deſiderium rursus inſinuat. Oſtendit & eodem
 libro Auguſtinus, quid prodeſſe queat, corpora apud
 Sanctorum memoriam ſepeliri, aſſeritque inter alia;
 "Profectò etiam proviſus ſepeliendis corporibus apud
 Memoriam Sanctorum locus, bonæ affectionis huma-
 næ eſt erga funera ſuorum; quoniam ſi nonnulla reli-
 gio eſt ut ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe quando
 ubi ſepeliantur attenditur.

XI. Hoc itaque populi deſiderio, partim pietate,
 partim ambitione & ambitione ſubnixio, ſenſim ſepul-
 chra urbana invaluerunt; donec tandem Leonis Im-
 peratoris Conſtitutione in Novella 53. data ſua ple-
 na libertas, vel intra vel extra urbem ſepulturam eli-
 gendi, abrogatâ contrariâ lege civili: "Ne igitur (ait)
 ullo modo inter civiles leges hæc lex cenſeatur, ſanci-
 mus; quin potiùs, ut à conſuetudine rectè contemnitur,
 ſic etiam decreto noſtro proſus reprobatum
 Hic etiam indicatur, legem hanc de non ſepeliendo
 in civitate, conſuetudine fuiſſe contemptam ante hoc
 Leonis Decretum.

XII. Porro cum Chriſtianiſ maxime in votis eſſet,
 apud Martyrum ſive Sanctorum Sedes vel ſepulchra
 inhumari, ut per conjunctionem cum Sanctis etiam cor-
 pora eorum quodammodo ſanctificarentur, & eorum
 interceſſione juvarentur, caperunt eodem ſpiritu ex-
 perere, & deſiderare apud ipſas Baſilicas ſive Eccleſias
 ſepeliri.

XIII. Sicut enim primitivè ipſi Chriſtiani loca ſuo-
 rum Eccleſiaſticorum Conventuum habebant ad ſepul-
 chra martyrum; ut propterea *Martyria* fuerint ap-
 pellata; ita poſtmodum ceſſante perſecutione, religioſè
 ſervatum fuit, nullam conſecrati Eccleſiam ſine reli-
 quis Sanctorum; ut hoc pacto, ipſæ Eccleſiæ ad ſepul-
 chra

chra Martyrum quodammodo exſtrui ritu veteri cen-
 ſerentur; ſeu potiùs Sedes & dormitoria Martyrum ha-
 berentur: ut proinde ad Eccleſias ſepeliri, eſſet ſepeliri
 ad Memoriam ſive ſepulchra Martyrum.

XIV. Verùm primis Chriſtianiſ ſaris erat, ſi ad li-
 mina Martyrum inhumarentur; adèd ut vel ipſi Impe-
 ratores id ſibi honori ducerent, uti teſtatur S. Chryſo-
 ſtomus Homil. 26. in 2. ad Corinth. ſcribens; "Impera-
 tores pro magno habuere, ſi juxta Apoſtolorum ſal-
 tem veſtibula corpora ipſorum ſepelirentur, fierent-
 que Reges Piſcatorum janitores.

XV. Hoc primorum Chriſtianorum exemplo fa-
 ctum, ut Chriſtianorum ſepulchris non ipſæ Eccle-
 ſiæ, ſed loca prope ipſas Eccleſias designata & conſe-
 cra fuerint; idque tam intra, quàm extra urbes; ubi-
 cumque Eccleſiæ Parochiales ſive publicæ eſſent ex-
 ſtructæ.

XVI. Hæc loca humanis corporibus deſignata, va-
 ria quidem olim nomina ſortita ſunt, quæ latè expo-
 nuntur ab Auctore Romæ Subterraneæ; qui & antiquo-
 rum ſepulchrorum & cryptarum arenarum formas
 explicat & exhibet.

Uſitatus autem & olim & hodie dicitur *cæmeteria*
 à græco verbo *κοιμῶν* quod dormire ſignificat.

Illam autem vocem poſitè data eſt loco in quo human-
 tur corpora Chriſtianorum; utpote qui ob ſpem glorio-
 ſæ reſurrectionis non tam mortui jacere, quàm dormire
 dicuntur. *Joannis cap. 11.* ubi Chriſtus Lazarum qui erat
 mortuus dormire dixit. Et Apoſtolus 2. Theſſalonic. 4.
Nolo vos ignorare de DORMIENTIBUS; ubi Hiero-
 nymus ait: *Eos DORMIENTES appellari; quia certum
 eſt, eos reſurrecturos.* Eamdem rationem arguit & alii
 Patres, quos citat Joannes Durantus De Ritibus Eccle-
 ſiæ lib. 1. cap. 2.

XVII. Apud Romanos quilibet locum ſuum pro-
 prium reddebat religioſum, ſi in eum mortuum ſepelie-
 bat; aut ſaltem partem ejus principalem; puta caput,
 uti ait Jurifconſultus in L. 44. ff. De Religioſis & ſump-
 tum funerum; qui dein addit: "Cum autem impetratur, ut
 reliquæ transferantur, deſinit locus religioſus eſſe."
 Hinc maniſeſtum, totam loci religioſitatem ex ipſa
 corporis inhumatione deſumi. Unde & in L. 2. ff. eod.
 Cellus ait: "Non totus, qui ſepultura deſtinatus eſt,
 locus religioſus ſit, ſed quatenus corpus humanum
 eſt."

XVIII. Hodie apud Catholicos locus non efficitur
 religioſus per ipſam corporis humani inhumationem;
 ſed per preces & benedictiones Sacerdotes priùs reli-
 gioſus redditur & benedicitur, ut in illum corpora Ca-
 tholicorum inferantur; imò ſi quis locum non religio-
 ſum in ſepulturam elegerit, huiusmodi eleſio ſpernen-
 da eſt; uti capite ſequenti dicitur.

XIX. Unde ut cæmeterium corporibus Chriſtia-
 norum humanis deſerviat, priùs in locum religioſum
 per Episcopum ſolemni ritu erigendum & conſecran-
 dum eſt.

XX. Quandonam verò hic ritus conſecrandi ſeu
 benedicendi cæmeteria initium ſumpſerit incertum eſt.
 Interim videtur S. Gregorius Turonenſis De Gloria
 Confeſſorum cap. 106. benedictionis iſtius meminiffe.
 Refert enim quod cum ipſe monuſſet Abbatiffam Mo-
 naſterii Piſtaviensis, ut corpus B. Radegundis Fran-
 corum Regine ſepeliret; illa reſponderit: Et quid fa-
 ciemus ſi Episcopos Urbis non Advenit? Quia lo-
 cus ille in quo ſepeliri debet, non eſt Sacerdotali Bene-
 dictione ſacratus Hoc ſanè reſponſum non obſcurè in-
 nuat, ibi etiam moris fuiſſe, ut locus ſepultura præviè
 ſacraretur; & quidem benedictione Sacerdotali ſeu Ep-
 iſcopali.

XXI. Quidni dicamus, cæmeterii conſecrationem
 eum ipſa quodammodo Eccleſiæ conſecratione capif-
 Van Eſpen Jur. Eccl. P. II.

ſe; ſeu potiùs cæmeterium tamquam partem & appen-
 dicem, aut verius aream vel porticum ipſius, unâ quaſi
 conſecratione cum ipſa Eccleſia conſecratum fuiſſe;
 quod innuere videtur Innocentius III. in Cap. 7. De
 Conſecrat. Eccleſia ſcribens: "Cæmeteria verò in quibus
 excommunicatorum corpora ſepeliuntur per ſuorum
 violentiam propinquorum, reconcilianda erunt af-
 perſione aquæ ſolemni benedictæ, SICUT in Ec-
 cleſiarum dedicationibus conſuevit.

XXII. Similiter declarat Bonifacius VIII. quod pol-
 lutâ Eccleſiâ etiam pollutum cenſetur cæmeterium
 contiguum; tamquam nimirum Eccleſiæ acceſſorium,
 ut ibidem ſignificat.

Extat quidem in hodierno Pontificali Romano ſpe-
 cialis ritus ſeu forma benedictionis cæmeterii per Ep-
 iſcopum faciendæ; ſed quo tempore hæc formula præ-
 ſcripta ſit, nescio. Hoc interim conſtat, cæmeterium per
 ſolemne benedictionem è loco profano effici locum
 religioſum; imò tamquam Eccleſiæ appendicem etiam de
 jure immunitatem localem eſſe indultam.

XXIII. Eccleſiæ & cæmeteria tamquam loca reli-
 gioſa junxit Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X.
 decernens, ut "ceſſent in Eccleſiis earumque cæmeteriis
 negotiationes, & præcipuè nundinarum ac forti cu-
 julcumque tumultus, omnis in eis ſacularium judicio-
 rum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per laicos
 criminalis agitur, ſint loca eadem à laicorum cog-
 nitionibus aliena.

XXIV. Synodi noſtræ Belgicæ ſpeciale venera-
 tionem cæmeteriis, tamquam locis religioſis deberi, eti-
 am ſignificat, plura quæ ad decorem & venerationem
 eorum conducunt ſtatuentes, Synodus P. II. Camera-
 cenſis tit. 13. cap. 6. ait: "Cæmeteria diligenter ſepiantur,
 & claudantur, nec animalia in eiſdem ad paſcendum
 admittantur; multo minus in eis fordes fiant aut aliun-
 de inferantur. Qui in iſtis culpabiles fuerint, arbitrio
 Episcoporum puniantur.

Synodus Mechlinienſis tit. 11. cap. 16. ait: "Cæmete-
 ria muris, ſoſſis aut ſepibus ita concludantur, ut equis,
 vaccis, porcis, aliſque ſimilibus animalibus nullus
 pateat acceſſus.

Dein cap. 17. "Nec ſine gravi injuria loci ſacri tole-
 rari poteſt, ut in cæmeteriis tripudietur: idèdque id
 loci religioſus ſit, ſed quatenus corpus humanum
 eſt.

Denique cap. 18. "liba quoque, & placentæ & ſimi-
 lia in cæmeteriis non vendantur: neque ſtrues ligno-
 rum in eis fiant, lignave congerantur: & generaliter
 nihil in eis permittatur quod loci religioſi ac ſanctita-
 ti repugnet.

Similia in aliis Synodis paſſim inculcantur quæ quo-
 modò cum hodierna cæmeteriorum promiſcua profana-
 tione conſiſtant, Prælatorum, Parochorum aliorum,
 que quibus hæc cura incumbit, eſt attendere, & reme-
 dium opportunitum adhibere.

XXV. Interim ex ipſius cæmeterii benedictionis
 formula, quæ hodie in Pontificali extat, ſat conſtat, cæ-
 meterium unicè benedici ad inhumationem corpo-
 rum humanorum: uti ex benedictionibus & collectis
 conſtat: quæ omnes ad corpora in illis humana reſpi-
 ciunt.

Et quidem in ipſo benedictionis initio precatur Pon-
 tificex benedicens: "ut purgetur, benedicatur, ſanctifice-
 tur, & conſecratur hoc cæmeterium, ut humana cor-
 pora hic poſt vitæ curſum quietentia, in magno ju-
 dicii die ſimul cum felicibus animabus mereantur ad-
 ipſi vitæ perennis gaudia.

Et in alia oratione Deum ſupplicat "famulorum fa-
 mularumque tuarum corporibus in hoc cæmeterium
 intrantibus quietis ſedem, & ab omni incurſione ma-
 lum ſpirituum tutelam benignus largitor tribuas.
 "Et rursus in altera: "Hanc terram quæ ſumus ad uſum
 ſepulchra

„sepultura de benedictione tui sepulti corporis conse-
„crare digneris.

Hæc & similia in ritu benedictionis cæmeterii oc-
„currentia evincunt, cæmeteria propriè ad usum sepul-
„turæ ex intentione Ecclesiæ destinari & benedici; non
„ita verò ipsa templa, in quorum etiam consecratione
„corporum in iis sepeliendorum mentio non fit, nec ora-
„tiones aut benedictiones ad sepulturam corporum di-
„riguntur.

XXVI. Et sanè sicuti antiquitus Christiani non in
„ipsis Martyrum sepulchris, sed ad limina sepulchrorum
„Martyrum sepeliebantur, imò ut ibidem sepeliri possent
„privilegii loco habebant, uti supra dictum est; ita quo-
„que non in Ecclesiis in quibus Martyrum corpora re-
„quiescunt, sed in cæmeteriis sepeliri corpora mortuo-
„rum visum fuit.

Concilium Bracarense I. *Can. 18.* „Item placuit, ut
„corpora defunctorum nullo modo intra Basilicam
„Sanctorum sepeliantur: sed si necesse est deforis circa
„murum Basilicæ usque adeò non abhorret.

XXVII. Apud Gratianum *Can. 13. q. 2. Can. 15.*
„Prohibendum est etiam secundum Majorum instituta,
„ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio,
„aut in porticu aut in exedris Ecclesiæ. Intra Ecclesiam
„verò & prope altare, ubi corpus & sanguis Domini
„consecratur, nullatenus sepeliantur.

R. fertur hoc Decretum à Gratiano sub nomine *Sy-
„nodi Varenfis*; sed uti monent Correctores Romani, non
„reperitur in hujusmodi Synodo; sed extat in Concilio
„Nannateni anni 850. è quo etiam refert Regino *lib. 1.
„cap. 125.* & Burchardus *lib. 3. cap. 159.*

XXVIII. Interim ex hoc Canone colligimus, tria
„fuisse loca sepulturæ destinata; sed tamen extra ipsam
„Ecclesiam, nimirum *atrium, porticum, & exedram.*

Atrium propriè quidem est, spatium vacuum quod
„remanet ex area sive solo ubi ædificata est Ecclesia; at-
„que ita atrium omnem circumdabit Ecclesiam; hic ta-
„men accipitur, pro ea parte quæ proxima januis est, in
„qua vestibulum est; & ita apud Ecclesiasticos auctores
„passim sumi probat nonnullis adductis testimoniis *Sto-
„phanus Baluzius* in notis ad Reginonem *pag. 557.*

XXIX. Porticus ait ibidem Baluzius, est locus de-
„ambulationi aptus, ut sunt claustra Ecclesiarum & Mo-
„nasteriorum.

Exedra significatio obscurior est. Verisimile appa-
„ret, exedras constituisse partem murorum Ecclesiæ; at-
„que fuisse loca circa Ecclesiam constructa in muris Ec-
„clesiarum, in quibus sedere liceret; uti etiamnum in ali-
„quibus Ecclesiis videmus.

In muro ergo illo prominenti cum nonnulli dein se-
„peliri cœpissent, cameras quasdam ac fortices consti-
„tuebant in *exedra* in quibus eorum corpora conderentur;
„testaturque Baluzius quod istiusmodi camerae plu-
„res etiamnum videantur in circuitu Ecclesiæ Tutelen-
„sis.

XXX. In hisigitur tribus locis prope Ecclesiam;
„sed non intra Ecclesiam sepeliri mortuorum corpora
„permittit hæc Synodus seculo 9. quod & alii pluribus
„Synodis sub idem tempus decretum fuit. In *lib. 1. Capi-
„tularium Regum Francorum cap. 158.* legitur: „Ut nul-
„lus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat. „*Et lib. 2.
„cap. 48.* „Ut de sepeliendis in Basilicis mortuis con-
„stitutio illa seruetur quæ antiquis Patribus constitu-
„ta est. Hæc eadem verba occurrunt in *Can. 21.* Con-
„cilii Arelatensis VI. anno 813.

XXXI. Sed illud notandum, sub idem tempus cœ-
„pisse non tantum in Episcopis, & Presbyteris, sed & qui-
„busdam laicis honoris causâ sepultura in ipsis Ecclesiis
„concedi.

Seculo VIII. S. Theodolphus Episcopus Aurelianen-
„sis in Epistola ad suos Presbyteros prohibens, ut nemo

in Ecclesia sepeliatur, addit hanc clausulam: „Nisi for-
„tè talis sit persona Sacerdotis, aut cujuslibet iusti ho-
„„minis, quæ per vitæ meritum, talem, vivendo, suo cor-
„„pori defuncto locum acquisivit.

Non absimilis exceptio in pluribus ejusdem ætatis
„Decretis legitur.

XXXII. Cum autem *vita merita* ob quæ hæc præ-
„rogativa esset indulgenda, determinata non essent, hæc
„exceptio latum campum aperuit laicis sepulturam in
„Ecclesia ambiendi; & Sacerdotibus plenam eam annu-
„endi libertatem.

XXXIII. Accedebat, quod ex sepulturis intra Ec-
„clesiam frequenter emolumentum notabile in Sacerdo-
„tes redundaret: dum vel laici, ut honoratiorem sepul-
„turæ locum acciperent, in faciendis oblationibus erant
„liberaliores; vel etiam ipsi Sacerdotes pro locis honora-
„bilibus pretium exigere non erubescerent; uti ex
„Decretis contra hanc Sacerdotum exactiorem infra re-
„ferendis abundè patet.

XXXIV. Mirum quanta velocitate, duobus hæc,
„scilicet laicorum ambitione & Clericorum cupiditate
„impellentibus, disciplina hæc antiquitus religiose ob-
„servata de non sepeliendis mortuis in Ecclesiis, quasi
„ad interitum descenderit, ipsæque Ecclesiæ factæ sint
„divitum quorumcumque cæmeteria: in sepulturam
„pauperum dumtaxat relictis cæmeteriis.

XXXV. Verùm Ecclesia eodem semper spiritu ani-
„mata, licet pro temporum & circumstantiarum condi-
„tione nonnumquam de externa disciplina aliquid rem-
„ittat, prout indubiè in hoc puncto multum remisit;
„satis tamen ostendit, quod & in hoc articulo disciplina
„eodem spiritu agatur, neque à pristina disciplina rece-
„dat, nec de ea remittat, nisi necessitate & conditione
„temporis quodammodo cogente.

XXXVI. Ut quid enim etiamnum hodie specialem
„illum ritum benedicendi cæmeteria retinet; nisi ut os-
„tendat, locum proprium sepeliendis mortuorum cor-
„poribus esse cæmeterium?

XXXVII. Ipsa nostri pene temporis Concilia, eum-
„dem Ecclesiæ spiritum expriment, dum promiscuam
„illam sepeliendi in Ecclesiis, modò pecunia sufficiens
„detur, consuetudinem improbant; & quantum tempo-
„ris conditio ferebat, inhumationem corporum ad cæ-
„meteria relegant.

Concilium Rothomagensis anno 1581. tit. de Cu-
„ratorum officio *num. 31. ait.* „Non adeò promiscuè (ut
„nunc fit) mortui sepeliantur in Ecclesiis, ac ne quidem
„„ditiore. ne is honor detur pecuniis potius, quam gra-
„„tias Spiritus sancti, sed de hoc seruetur Deo sacratis
„„specialiter hominibus, eo quod præ aliis eorum cor-
„„pora templa sint Christi & Spiritus sancti, & alius
„„in sublimitate & dignitate, tam Ecclesiastica quam
„„seculari constitutis, quandoquidem & isti Dei mini-
„„stri sunt, atque organa Spiritus sancti, Aliis insu-
„„per qui nobilitate vel virtutibus, vel meritis erga
„„Deum & Rempublicam fulgent. Carteri pè & reli-
„„giosè in cæmeteriis ad hoc dedicatis sepulturæ tra-
„„dantur.

XXXVIII. Anno 1583. Concilium Remense tit.
„*De Sepulturis* voluit ut „omnes Christiani, quibus
„„sepultura non est interdicta, in cæmeteriis, non
„„autem in Ecclesiis sepeliantur; nisi (at) fortè de
„„consensu Superiorum. Superiores autem non
„„passim omnibus id privilegii concedant, sed in ejus-
„„modi concessionibus delectum habeant persona-
„„rum.

XXXIX. Quin eodem anno habitum Concilium
„Burdigalense *cap. 10.* inter gravissimos abusus circa se-
„„pulturam recensuit hanc promiscuam sepeliendi in Ec-
„„clesiis licentiam? statuitque „ut in Ecclesiis deinceps
„„nulli sepeliantur, nisi fuerint Sacerdotes, prout jura
„„præci-

„prescribunt, vel sacris initiati, & religiosi, Ecclesia-
„rumve Patroni. Alii autem, qui nobilitate, auctorita-
„te, meritisque in Deum & religionem commendati
„fuerint, ad id cum licentia Episcopi admittantur. Cæ-
„„teros verò in cæmeteriis & polyandriis, quæ olim eti-
„„am illustriores non aspersionantur, sepeliri manda-
„„mus.

Hic obiter nota, quod *jura* quæ reclamant Concilio-
„um, esse *Canonem 18. caus. 13. q. 2.* ubi ex Concilio Mo-
„„guntino refertur: „Nullus mortuus in Ecclesia sepelia-
„„tur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri,
„„vel Fideles laici.

XL. Hæc fat clarè ostendunt, Ecclesiam non planè
„abjecisse pristinam Patrum disciplinam; sed è contra
„optare, ut & hodie servaretur. Quod ipsum Rituale Ro-
„manum sub Paulo V. expressit dicens: „Ubi viget anti-
„„qua consuetudo sepeliendi mortuos in cæmeterio re-
„„tineatur, & ubi fieri potest, restituatur.

XLI. Addit idem Rituale: „At verò cui locus sepul-
„„turæ dabitur in Ecclesia, humi tantum detur. Cadave-
„„ra autem prope altaria non sepeliantur.

XLII. Consonant hæc quæ S. Carolus habet in
„Concilio I. Mediolanensi *parte 2. cap. 61.* ubi imprimis
„monet Episcopos, ut morem multis locis intermissum,
„mortuos in cæmeteriis sepeliendi restituendum cu-
„„rent. Deinde addit: „Et si cui locus sepulturæ dein-
„„ceps dabitur in Ecclesia, humi tantum detur: & sepul-
„„chrum, in quo condetur, opere fornicato cum reliquo
„„Ecclesiæ pavimento æquatum sit.

Et in Concilio Mediolanensi IV. *parte 1. cap. 13.* sta-
„„tuit; „Ne sepulturæ locus quovis nomine cuiquam de-
„„tur, ut sepulchra fiant, constituanturve in ulla
„„quavis Ecclesia, sine Episcopi concessu *scriptis* exa-
„„rato.

Post hæc addit: „In choro autem, vel capella majori,
„„nullo modo, nec verò in aliis Ecclesiæ locis prope al-
„„taria, nisi tam longè sepulchra distent, ut sepulchrale
„„os scabello, seu bradella altaris procul absit (spatio sal-
„„tem cubitorum trium, quæ autem propius exstructa
„„jam sunt omninò amoveri, obstruque decerni-
„„mus.

XLIII. Episcoporum erit attendere, quousque con-
„„veniat conformiter ad tot Conciliorum Decreta, an-
„„tiquam disciplinam & consuetudinem sepeliendi mor-
„„tuorum cadavera in cæmeteriis restituere; & qua mo-
„„deratione in Ecclesiis sepultura sit annuenda; ut si ab
„„Ecclesia removeri nequeant; saltem ab altaribus remo-
„„veantur; ne ipsa putrida cadavera, etiam nonnumquam
„„impiorum hominum, tamquam Sanctorum reliquiæ
„„vel sub altaribus condi videantur.

XLIV. Parochi in his locis concedendis vel negan-
„„dis frequenter parum possunt præsertim contra inve-
„„teratam consuetudinem; ipsique præcipuè attendere
„„debent, ne turpis quæritus gratiæ appetere videantur
„„sumptuosas sepulturas vel exequias. Si quid verò pro
„„decore Ecclesiarum, aut disciplinæ, contra inolitum
„„morem statuendum aut faciendum credant, consultius
„„erit id Episcopis aliisve Superioribus indicare & com-
„„mittere ut ipsi auctoritate sua stantur, quod pro
„„temporum & locorum conditione convenite judicave-
„„rint.

XLV. Refert Franciscus Pinsonius in tractatu De
„„Beneficiis ad verba, *Cum suo reditu cap. 4. parte 2. §. 4. nu.
„„9.* Episcopum Silvanectensem Synodali Epistola Com-
„„presbyteris suis mandasse, ne intra Ecclesiam sepra,
„„sine suo jussu vel litteris commendatitiis defunctorum
„„corpora inferrent; cumque ab hoc Decreto per appel-
„„lationem tamquam *ab abusu* ad Senatam Regium esset
„„causa devoluta, tandem per orante Advocato Regio die
„„8. Martii 1650. pro Episcopo esse pronuntiatum.

XLVI. Porro in spectâ modernâ Ecclesiæ disciplinâ,
„„*Van Espen Jur. Eccl. P. II.*

locum sepulturæ eligere in Ecclesia ferè solis Patronis
„aut Fundatoribus competit; quibus etiam in choro lo-
„cus dari consuevit; idque inter jura honorifica compu-
„tari notavimus supra *tit. 25. cap. 7.* aliàs locum sepul-
„turæ in Ecclesia nemo sibi propria auctoritate elgere po-
„test; sed is designandus ab iis qui Ecclesiis præsentent, ea-
„rumque curam habent. Et quidem quia Æditus Eccle-
„siarum cura Fabricæ incumbit, etiam consuetudo in
„multis Ecclesiis jus designandi locum sepulturæ eidem
„detulit, uti notat Carolus Fevretius *De Abusu lib. 4. cap.
„8. nu. 31.*

Ex Cujacio refert Mornacius ad *L. 4. ff. De Mortuo
„inferendo*: „in antiquis inscriptionibus solere notari lo-
„cum ponendarum statuarum, vel extruendi monu-
„menti, datumque cum esse decreto decurionum, ut in-
„„telligeretur statuas jure esse positas, vel extructum
„„decreto decurionum monumentum. Notabatur ejus-
„„modi concessio his litteris singulariis, L. D. D. I. I.
„„locum decreto decurionum datus; servantque hæcenus
„„hunc morem Ecclesiæ Parisienses. Nemini enim licet
„„Epitaphios in eis titulos parietibus, colomnisve præ-
„„figere, corporaque ulla condere nisi concesserint ædi-
„„tici, seu matricularii, ut loquimur; & quamvis publica
„„videatur vasta illa Innocentium Lutetianorum ossua-
„„ria, jus tamen ab S. Germani Antifidorensis Ecclesia
„„petendum est, soletque propterea in Epitaphiis ferè
„„omnibus hoc subijci, *par la permission de Messieurs de
„„S. Germain de Lauxerrois.*

XLVII. Hæc Mornacius: circa quæ singularum Ec-
„clesiarum consuetudo maximè attendenda. Non facile
„tamen Parochus in hoc puncto negligendus aut exclu-
„dendus: cum etiam ipsi Gentiles Romani curam funera-
„lium Pontificibus tamquam rerum sacrarum ministris
„detulerint nam ut Cicero ait *Oratione De Arusp.* Nu-
„ma II. *Pontificibus ipsis iustorum funebriam curam de-
„mandavit*: & latius probat auctor Romæ Subterraneæ
„*lib. 1. cap. 17. numer. 657.*

XLVIII. Apud Romanos moris fuisse, ut quis non
„tantum sibi, sed & Familiaribus & heredibus sepul-
„chrum construeret, indubitatum est; dicitque Juriscon-
„sultus Cajus in *L. 5. De Religiosis & sumptibus funerum*
„„Familiaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi familiæ-
„„que suæ constituit Hereditaria autem quæ quis sibi &
„heredibus suis constituit.

XLIX. Hodie quoque frequentia sunt familiaria
„sepulchra; acquirunturque per hoc quod Ecclesias in
„suis fundis ædificant, Patronique ex eo effecti sint.

Hoc jus sepulchrale quia competit ratione juris Pa-
„tronatus, vendito fundo cui inhæret jus patronatus,
„etiam jus ipsum Sepulchri transit cum ipso jure patro-
„natus ad aliam familiam; nec familiaribus veteris Patro-
„ni jus sepulturæ ulterius competit; & ita judicatum re-
„fert Mornacius ad citatam *legem* 5.

L. Al ter sepulchra familiaria acquiruntur hodie ab
„Æditis aliisque, quibus loca sepulturæ designandi &
„concedendi auctoritas competit; soletque pro oblatio-
„ne majoris vel minoris summx pecuniæ honoratior lo-
„cus, ampliorisque monumenti extruendi licentia con-
„cedi; ita ut etiam specus imas, arcuato opere, ad conden-
„da corpora, concamerent; tolenque loca illa subterra-
„nea *caveæ* appellari. Frequentius autem parte Ecclesiæ
„sibi concessâ, citra cellas subterraneas, tellure solidâ, in
„usum sepulchri familiaris utuntur, aperienda scilicet,
„atque effodienda quoties aliquis de familia est sepelien-
„dus.

LI. Hereditariarum sepulchrorum meminit Hinc-
„marus Remensis in suo tertio Capitalari *cap. 2.* dicens:
„Et nemo Christianorum præsumat, quasi hereditario
„„jure, de sepultura contendere; sed in Sacerdotis pro-
„„videntia sit, ut Parochiani sui, secundum Christianam
„„devotionem, in locis quibus viderit sepeliantur, ipse